



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 52. Jovianus Pacem Ecclesiæ reddit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

runt, comparentur. At in hoc Principe Sæculum IV.  
 ita bona malis, malaque bonis mixta e- A. C. 363.  
 rant, ut facillime laudari, vituperarique Aurel. Vict.  
 salva veritate potuerit. de Cæs.

## §. LII.

*Jovianus pacem Ecclesiæ reddit.*

Jovianus Imperator nullus dubitans, Ju- Soz. VI.  
 lianum impietate sua toti Imperio pe- c. 3.  
 ricula accersisse, nulla interposita mora, Socr. 3.  
 ad Rectores Provinciarum scripsit, ut c. 44.  
 Christiani in Ecclesiis convenirent. Tum  
 vero victimarum sanguis, quem Julianus  
 copiosissime fuderat, fluere cessavit, om-  
 nia Idolorum templa claudebantur, oc-  
 cultabant se Gentiles, & Philosophi Pal-  
 lio, quod Græce *Tribonion* nominabatur,  
 eratque eorum professionis signum, di-  
 misso, vestitum vulgarem resumebant.  
 Ex Joviani nummis dispicitur, quod cru-  
 cem Labaro restituerit. Ecclesiis, Cle-  
 ricis, viduis, virginibus immunitatem  
 reddidit, sicut etiam Beneficia omnia,  
 quæ Constantinus Magnus, & Filii ejus  
 Religioni concesserant, & Julianus revo-  
 caverat. Jovianus speciatim distributio-  
 nes frumenti, quas Constantinus Ecclesiis Soz. VI.  
 fieri indulserat, rursus imperavit; at pro- c. 3.  
 pter annonæ penuriam, qua tunc Provin- Theod. IV.  
 ciæ premebantur, tantum tertiam par- c. 4.  
 tem reddi jussit, totum redditurum se,  
 postquam fames cessasset, pollicitus. Le-  
 gem



Sæculum IV. gem quoque condidit, namque ad Secun-  
 dum Præfectum Prætorio in Oriente mi-

*Sozom. VI. c. 3. l. 2. Cod. Th. de rap. vel. matr. tit. 25. l. IX. l. 5. Cod. de Epis. cop.* sit, in qua capitali pœna sanciebat, ne quis Virgines Deo sacras rapere auderet, aut etiam ad matrimonium sollicitaret, quippe, Juliano regnante, multi tales virgines, consensu, vel vi, vel blanditiis extorto, duxerant.

Quamprimum Jovianus, ex Persia rediens, Romani Imperii terras attigit, lege lata, Episcopos, tam a Juliano, quam a Constantio proscriptos, revocavit, iussitque, ut Ecclesiæ illis Fidelibus, qui fidei Nicænæ puritatem conservassent, redderentur; hoc quoque Imperatori non erat ignotum, præcipuum tunc temporis fidei defensorem esse Athanasium, hinc datis ad eum litteris, rogavit, ut, quæ credenda essent, exacte sibi perscriberet. S. Athanasius non expectaverat Cæsaris mandatum, ut suo latibulo prodiret, sed per revelationem Didymi cognita Juliane, in medio populi sui, insperato aspectu exultantis, comparuit, & Pastoris officio, ut consueverat, functus est.

## §. LIII.

*Epistola S. Athanasii ad Jovianum.*

Acceptis Imperatoris litteris, S. Athanasius eruditissimos convocavit Episcopos, atque nomine omnium Episcoporum Ægypti, Thebaidis, & Lybiæ rescripsit;